

Band V., Nr. 1319, Seite 86-87

Abt Otto von Ellwangen trifft mit dem Edeln Konrad von Strahlenberg, welcher die Einkünfte des Klosters in Schriesheim schwer geschädigt hatte, wegen der beiderseitigen Rechte an letzterem Orte einen Vergleich.

Heidelberg, 1255.

In nomine domini amen. Quia humani generis memoria propter lapsum temporis quodammodo labilis est, necesse est, ut ea que apud homines aguntur ad perpetuam conservationem et memoriam scripture testimonio reconmendentur. Notum sit igitur omnibus presentis pagine inspectoribus, quod nos Ot. dei gratia abbas in Elwangen cum Cōnrado nobili viro de Stralenberc, qui ecclesiam nostram in rebus suis in Schriesheim graviter et enormiter dampnificaverat, videlicet in XXXI vasis vini et CC maltris sigilli^a, ad consilium et petitionem proborum et sapientum virorum concordavimus sub hac forma, quod nos ab omni actione vel impetitione, que ex dampnis iam dictis nobis competere poterat in ipsum, ob favorem et dilectionem suam destitimus, ipse vero omnia iura, que subscribentur, ab antiquo et etiam nunc in bonis nostris nos habere recognovit. Scilicet quod due partes forefactorum sive aliorum emolumentorum usibus nostris applicari debent, tertia vero pars ad dictum nobilem debet pervenire, preterea curia nostra principalis in Schriesheim etiam urgentissima incumbente necessitate per ipsum vel officiatos suos hospitalitate vel molestatione quacumque gravari non debet, immo ab omni exactione vel servitute antiquo gaudens iure libera debet esse et exempta. Insuper novas areas sub censu duorum solidorum et uno pullo nobis recognovit obligatas, minutas vero decimas omni impetitione vel infestatione cessante ad nos devenire debere similiter recognovit, nisi forsitan ad tempus alicui de eisdem decimis nobis placuerit facere gratiam specialem, quas nec nos nec aliquis successorum nostrorum sine conventus sui consensu potestatem habet alicui in feodum conferendi. Si vero contra compositionem prehabitam a sepedicto nobile vel ab aliquo suorum in preiudicium et gravamen ecclesie nostre aliquid fuerit acceptatum, de hiis et de omnibus prius relaxatis contra ipsum liberam habere^b possumus actionem. Huius rei testes sunt: Albertus nobilis de Liethtenberc, Hermannus de Haheltigen, Vl. de Blochingen, Cōnradius de Rohelingen, Siferidus de Rōtenbach, Rabeno pincerna de Eri-gen, Siboto de Westhusen et alii quam plures. Ut autem quod factum est

^aEs steht abgekürzt: *sigill\$, undistsigillumhierwohl = sigalum, sigilum, sigilla, einegeringeGetreideart.*

^bWort über der Zeile hineinkorrigiert.

II

ratum et firmum permaneat nec alicuius assertione contraria possit diffiteri, presentem cedula[m] sigilli nostri et magnifici viri domini Ludewici palatini comitis Reni, Ludewici comitis de Otingen, C̄vnradi de Stralenc, C̄vnradi pincerne de Erbach fecimus munimine roborari.

 Acta sunt hec in Heidelberg anno domini M^o. CC^o. LV^o., indictione XIII.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Von den fünf Siegeln, für die noch die Pergamentriemchen anhängen, sind nur sehr beschädigt erhalten: 1) Das spit-zovale Siegel des Abts von Ellwangen: Der auf einem mit Hundsköpfen und Tatzen verzierten Stuhl sitzende Abt, die Inful auf dem Kopf, in der Rechten den Abtsstab, mit der Linken ein offenes Buch auswärts haltend; die vollständige Umschrift lautet: + . S . OTTONIS . ABBATIS . ELVVACENSIS . ECCLesIE. 4) Das Siegel des Konrad von Strahlenberg, wie es scheint, dreieckig (IV. A. 1): Eine Pfeil-(Strahl-)spitze, von der Umschrift des fast ganz fehlenden Randes noch leserlich: SIGI.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

43/4957

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Heidelberg

Aussteller:

Otto; Abt von Ellwangen

Ortsindex:

Altstadt Wohnplatz (5864)
 Altstadt, Heidelberg, HD
 Ehringen, Wallerstein, DON
 Ellwangen (Jagst) Wohnplatz (4362)
 Ellwangen (Jagst), AA
 Erbach, ERB
 Hochaltingen, Fremdingen, DON
 Lichtenberg Wohnplatz (1076)
 Lichtenberg, Oberstenfeld, LB
 Oettingen in Bayern, DON
 Plochingen Wohnplatz (440)
 Plochingen, ES
 Rotenbach Wohnplatz (4394)
 Rotenbach, Ellwangen (Jagst), AA
 Röhlingen Wohnplatz (4393)
 Röhlingen, Ellwangen (Jagst), AA
 Schriesheim HD
 Schriesheim Gemeinde (6509)
 Schriesheim Wohnplatz (6513)
 Schriesheim, HD
 Westhausen Wohnplatz (5037)
 Westhausen, AA